Tela uiri ſonituſq; pedum: ſuſpectaq; motu
Explorant. prenſant ſocios: uocemq; repoſcunt.
Quod ſi Titanis ſeros duraſſet in ortus:
Extinctum genus: et ſolas per mœnia matres
Vidiſſet: ſtratamq; dies in littore gentem.
Tum pater omnipotens tempus iam rege perempto
Flectere fata ratus: miſeraſq; abrumpere pugnas:
Supremam celerabat opem: nutuq; ſereno
Intonuit: quem nocte ſatæ: quem turbidus horret
Armipotens. tunc porta trucis coit infera belli.
Continuo dant terga metu: auerſiq; per agros
Diffugiunt: quæ ſola ſalus. nec terga ruentum
Mens Minyis conuerſa ſequi. ſtetit anxia uirtus.
Ecce leui primo iam ſpargere lumine portus
Orta dies: notæq; (nefas) albeſcere turres.
Di maris attonito conclamat ab agmine Tiphys.
Vt mea fatali damnaſtis pectora ſomno.
Heu ſocii quantis complerunt littora monſtris.
Illi autem neq; adhuc gemitus; neq; conſcia facti
Ora leuant. tenet exangues rigor horridus artus.
Ceu pauet ad crines et triſtia pentheos ora
Thyas: ubi impulſæ iam ſe deus agmine matris
Abſtulit: et cæſi uaneſcunt cornua tauri.
Nec minus effuſi grandæuum ad littora uulgus.

Homioteleuton indecẽs: dari interpretant̃ pro datos fuiſſe reclamantibus tamen priſci exemplaribus.
Motu. Mouẽdo. Exagitãdo: explorãdo: excutiẽdo obuios ne quẽ ex ſuis ferirent. Vocẽ repoſcunt. Cogũt eos loqui ne temere ut Pollux et Caſtor: ſocius uulnere ſocii caderet. Qđ ſi tãta Iouis. In co

Fabricius Varanus Camers.

dicibus Fabricii Varani Camertis epiſcopi uiri gręce latineq; doctiſſimi: et Pomponii Lęti emendationibus mira ac multiplex lectio: modo ſcriptum eſt. Qđ ſi tanta heu uis. Modo. Qđ ſi dextra Iouis ſeros duraſſet in ortus. Hoc eſt: niſi dextra Iouis: hoc eſt clementia Iouis Lucetii et Dieſpitris diẽ adduxiſſet maximã omnium cladẽ accepiſſent Cyzeni. Adiuuat carmen ſequẽs. Tum pater omnipotẽs tempus iam rege perempto Flectere fata ratus. In priſcis exemplaribus ſcriptũ eſt. Tanta Iouis qđ manifeſtariũ mẽdũ eſt. Nobis nõ diſplicet ſic emẽdare. Qđ ſi Titanis ſeros duraſſet in ortus. hoc ẽ niſi affulſiſſet aurora: qua cũctis irradiatis ac illuſtratis: patuit error: et cędibus finis eſt factus. Cõcinit Apollonio tradenti in aurora ab ambobus errorẽ cognitũ. Verba Rhodii ſubſcripſi. ἠῶθεν δ' ὀλοὴν καὶ ἀμήχανον εἰσενόησαν ἀμπλακίην ἄμφω. Titanida uocat aurorã filiam ſolis unius ex titanibus: unde aſtra titania Maro dixit i ſexto: uel Titonida ſcribe. ſic uocabit aurorã uxorẽ titoni ut ſuperius unde Maro. Titoni croceũ linquẽs aurora cubile. Gentem. Cyzicenum populũ. Fata. Mala cyzicenis et exitioſa. Celebrabat. Scribe celerauit. Nocte ſatę. Furię. Tũc parta trucis coit infera belli. Quidã legebãt. Tunc porta trucis coit effera belli. p efferã portã Iani tẽplũ intelligebãt: cuius portæ belli tẽpore patẽt: pace clauſę ſũt: quia bellum ſic includi uidetur et uinciri portarũ obicibus. Ego rimatus exẽplaria priſca nihil interpollandum cenſeo: et ἁπλῶς explicandũ. Hoc ſenſu. Furiæ et peſtes inferorũ: quæ mouebãt et rotabãt in bella uiros cyzicenos et theſſalos ueniẽte die fugerũt ad inferos: et inferorũ porta tãdẽ clauſa ceſſarũt egredi: et lymphare miſeros. portã inferorũ die claudit̃: nocte aperit̃: iuxta quã ſñiam ꝓtulit id Papinius ſiluis. Cũ ſuperis i terrena placẽt. Tua turba relicto Labet̃ cœlo: miſcebitq; oſcula iuxta. Sola ſalus. Eſt fugere. Mens ſequi. Nõ ẽ mens: nec aius minyis ſequi terga ruẽtũ: et cũ ruina fugiẽtiũ cyzicenorũ. Cõuerſa. In fugã. Iũge cũ terga. Virtus. Minyę uirtutis ſocii. Anxia. Laſſa. Dies. Subintellige icipit. Albeſcere. Micare: ſplẽdeſcere. Vt damnaſtis. ut implicuiſtis. Fatali. Nõ naturali. Cauſam reiicit in fatũ: et a ſe culpã deprecat̃. Littora. Vbi erãt ſtrata cadauera cyzicenorũ. Monſtris. Monſtroſis cędibus. Illi. Argonautę in principio notitiæ erroris nõ leuãt gemitus. ſed admirabũdi ſtupẽt. Ora leuãt. Vidẽt: ſuſpiciũt: agnoſcũt. Rigor. Stupor. Triſtia. Triſti tabo pfuſa: quoniã laceratus ẽ a fœminis bacchãtib9: etiã matre: cui filius

Pentheus.

aper uel iuuẽcus: ut Perſius et Catullus ſentiũt: uidebat̃. Pẽtheos. Penthei. Fabula Pẽthei notiſſima queamodũ uidelicet Pẽtheus ſacra Bacchi cõtemnebat: quare liber pater iratus fœminis thębanis furorẽ iniecit ut putarẽt Pẽtheũ aprũ eſſe: et una cũ Agaue matre inuadẽtes lacerauerũt: clamãte matre. Ille aper in noſtris errat q̃ maximus agris Ille mihi feriẽdus aper. Senſus ẽ igit̃ Flacci. Nõ ſecus q̃ Agaue

Thyas.
Pentheus iuuẽcus.

Penthei mater indoluit cũ primum cępit reſcipiſcere ſcelere: cognoſcereq; furore bacchico in mortem filii fuiſſe ſtimulatã: perinde minyę cognito ſceleſcere ſuo ingemuere. Thyas. Baccha. Agmine. Bacchus deſeruit agmẽ thębanorũ ſequẽtiũ Agauen furẽtẽ et fanaticã. Impulſę. Exagitatę a baccho. Abſtulit. Receſſit. Vaneſcũt. Euaneſcũt: abeũt: nõ apparẽt: apparere deſinũt. Prius. n. Pentheus iuuẽcus fœminis illis uidebat̃. Tauri. Credebat filiũ eſſe iuuẽcũ uel uitulũ. Sic Catullus: quẽ Flaccus Per/